

sideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et post: Verumtamen¹⁾ manus tradentis me mecum est in mensa et reliqua.

Iohannes sic: Ante²⁾ diem autem³⁾ festum Pasche sciens Iesus, quia venit hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad patrem, cum dilexisset⁴⁾ suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cena facta est, cum diabolus iam misisset⁵⁾ in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis⁶⁾ et reliqua. Adducunt⁷⁾ ergo Iesum ad Pilatum⁸⁾ in pretorium. Erat autem mane, et ipsi non introierunt in pretorium, ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha etc. Et⁹⁾ dixit Pilatus¹⁰⁾ ad eos: Est autem consuetudo vobis¹¹⁾, ut unum dimittam¹²⁾ vobis in Pascha: Vultis ergo, dimittam¹³⁾ vobis regem Iudeorum et reliqua. Et¹⁴⁾ sedit Pilatus¹⁵⁾ pro tribunali in loco, qui dicitur Lithostrotus¹⁶⁾, ebraice¹⁷⁾ autem Golgotha (sic). Erat autem parasceve, Pasche hora quasi¹⁸⁾ 6. Et dicit Iudeis: Ecce rex vester. Illi autem clamabant dicentes: Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus¹⁹⁾: Regem vestrum crucifigam. Responderunt pontifices et dixerunt: Non habemus regem nisi Cesarem. Tunc²⁰⁾ eis illum, ut crucifigeretur, tradidit²¹⁾. Susceperunt²²⁾ autem Iesum, et eduxerunt, et baiolans sibi crucem exierunt in eum, qui dicitur Calvarie locum²³⁾, ebraice²⁴⁾ autem Golgotam²⁵⁾, ubi eum crucifixerunt et cum eo alios duos hinc et inde, medium autem Iesum et reliqua. Iudei²⁶⁾ ergo, quoniam parasceve erat, ut non remanerent in cruce corpora sabbato²⁷⁾, erat enim magnus dies ille sabbati²⁸⁾, rogaverunt Pilatum²⁹⁾, ut frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites, et primi quidem fregerunt crura et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem, cum venissent³⁰⁾, ut viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius³¹⁾ crura, sed unus militum lancea latus eius aperuit, et continuo exiit sanguis³²⁾ et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit: et verum est testimonium eius. Et ille scit, quia vera dicit et reliqua.

a) fehlt L. b) dilexit V. c) misisset V. d) Scariothis L. e) Philatum V. f) Philatus V. g) fehlt V. h) dimittam V. i) demittam V. j) Philatus V. k) Lithostratos L. l) hebraice L. m) quassi V. n) Philatus V. o) folgt tradidit L. p) fehlt L; tradedit V. q) suscipierunt V. r) locus L. s) hebraice L. t) Golgotha L. u) sabato V. v) sabati V. w) Philatum V. x) venissent V. y) fehlt L. z) sanguis V.

¹⁾ Luc. 22, 21. ²⁾ Io. 13, 1—2. ³⁾ Io. 18, 28. ⁴⁾ Io. 18, 38—39.
⁵⁾ Io. 19, 13—18. ⁶⁾ Io. 19, 31—35.